





D. O. M. A. 10
QUÆSTIONES
THEOLOGICÆ
NOVENDECIM.

Quas

IN NOMINE S. S. TRINITATIS
SUB PRÆSIDIO

Viri Admodum Reverendi, Clarissimi & Excellentissimi

DN. PAULI RÖBERI, S. S. Th. D.

& P. P. celeberrimi, Pastoris & Superattend. in circulo
Electoralis Generalis vigilantissimi, Synedrii Eccles.
Assessoris dignissimi, Facult. Theolog. p. t. DECANI spectatissimi,
Dn. Præceptoris, Fautoris ac Promotoris sui omni
observantiæ cultu ætatem prosequendi.

*Publicè in Illustri Academia Wittebergensi ventilandas
proponit,*

M. JOACHIMUS CRUSIUS
Halensis Saxo.

Ad diem Novemb. horis à 7. matutinis in Templo Arcis.

WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.
ANNO cl^o l^o cxxx.

*Viro Magnifico, Consultissimo, ac Amico
Dno. Thomæ Kreyden, J. V. D. Recto
Sij hinc, Vitæperij ibidem Senato
ma 1710*

Faint, illegible markings or bleed-through from the reverse side of the page, appearing as dark, irregular smudges and lines near the bottom edge.



קוּרְאֵיִן
קוּרְאֵיִן

QUAESTIO I.

An Scriptura S. tantum Objectivè, an verò etiam Effectivè in Conversione Hominis concurrat?



Ad quaestionis hujus scopum felicius enodandum, sciendum per scripturam hic non intelligi debere *literarum syllabarumq; efformationem in membranis vel cartis haerentem, quippe quæ scriptis prophanis cum sacris est communis: Nec vocem externam seu sonum; qui naturalis & verbi tantum ἐχρησα.* Sed verbum ratione divini sensus & substantie dogmatum consideratum; hoc non tantum Objectivè sed Effectivè etiam ad hominis conversionem concurrere asserimus: quod Schyvenckf. cum alleclis, & ex his Rathmannus eunt negatum. Sic enim Schyvenckf. *Scriptura est externum & corporale Verbum Dei & non vivificum Dei verbum quo animæ pascuntur.* Et Rathman. *Assero Scripturam absq; illuminatione Spiritus Sancti liberâ nequaquam ad salutem potentiam pectori humano effundere.* Et Idem in Gnader. b. 1. fac. 1. *Sol dasselbe was die Schrifft weist/ zenger vnd lehret Warhafftig erkant vnd ins Herz auffgenomen/darin bejahet vnd erfüllet werden/das der Mensch von der Ligen ipso actusich zu Gott bekehre/vand den Weg der Warheit lauffe/so muß der heilige Geist durch die Schrifft oder bey diesen Zeichen leuchten.* Haic verò sententiæ vel maximè impiæ contrariantur Scripturæ testimonia innumera, imprimis Ebr. 4. 12. *Vivus est sermo Dei Efficax & penetrabilior omni gladio anticipi, & pertingens usq; ad divisionem & animæ & Spiritus, compagum quoq; & medullarum.* Si verò Scripturæ talis vis tribuitur, tum sanè

in quest. 5.
p. 17. vid.
nota quest.

6

sanè eam non externum tantum medium, sed *internum* etiam &
Jerem. 23. *effectivum* esse oportet, penetrare enim præ omni gladio ancipi-
29. Zach. 1. ti, non tantum est monstrare vulnus, sed & infligere; pertingere
6. Luc. 24. ad divisionem animæ &c. non tantum est oculos ferire & aures,
37. Job. 15. sed intimo sensui se involvere sic *Esa. 55. 11.* Deinde *Exemplo* quod
3. Act. 28. 28 annotat *Ruffinus* ubi in Concilio Niceno Anno Christi 322.
Rom. 1. 16. à Constantino, Cæsare convocato, Philosophum quendam,
Eccles. Hist. qui aliàs ob dicendi peritiam, à nemine constringi poterat, sim-
l. 1. c. 3. plicissimæ naturæ vir, Virtute verbi Divini adeò obstupefactum
 reddidit, ut sibi ita videri, quæ protulisset, palam confessus sit.
in Causa Denique *Rationibus*, quas habet *Censura Jenensis*, è quibus & hæc
Rathmann. est: *Wornach* das Gerichte sol gehalten werden/das muß nicht
cap. 9. fol. für ein Papirenes vnd Gemahltes ding (nec etiam pro litera
149. mortuâ) gehalten vnd æstimiret werden. Nach der H. Schrifft
 sol das Gerichte gehalten werden. *Apoc. 20. 12. Joh. 12. 28. ser-*
mo, quem locutus sum ille iudicabit mundum. Ergò: Nec ipsos quic-
 quam juvat quod obijciunt. Si scriptura esset efficax, sequeretur
 omnes qui eam legunt vel audiunt, converti, imò ipsum etiam
 Diabolum, quod tamen falsum. Siquidem connexio hæc no-
 tatur *fallacia Accidentis*; quippe obicem isti ponunt Spiritui San-
 cto malitiâ, quæ omnem efficaciam impedit. Et de Impiis no-
 tandum.

Nos necat Helleborus, capris adipem auget, avuq;

Idem ignis fomes & populator opum est.

Et ut Ovid. lib. 2 Tristium.

Nil prodest quod non ledere possit idem.

Et latro & cautus præcingitur ense viator,

Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Ulus enim rei confert salutem, damnum verò vel planè ne-
 cem abusus affert. Diabolis verò verbum non est datum, proin-
 dè nec in iis operatur.

QUÆSTIO II.

Num per solam Revelationem innotescat, an
 verò unâ per principia Rationis Mysterium SS.

Trinitatis cognosci possit?

To

Τα πῖσει περιδεητὰ sunt ἀπολυπραγμοσύνηα, qua fide com-
 prehendantur curiositatem reiiciunt, inquit, B. Meisnerus ex Eusebio
 lib. 4. c. 6. ad quod de SS. Trinitatis mysterio vel maxime dicen-
 dum, utpote quod omnem rationis humanæ captum longissi-
 mē superat, fatentibus id Sapiētoribus Ethnicis: non enim
 Deus cognosci potest quid sit, ut patet ex Cicerone, etiamsi natu-
 rali notitiā, quod sit, novimus, Rom. 2. 15. Sed hīc ad solam Reve-
 lationem confugiendū censemus, Nemo namque novit Filium
 nisi Pater, nec Patrem novit quisquam nisi Filius & cuicumq; voluerit Fi-
 lius revelare. Si enim rationibus mysteriū hoc cognosci posset,
 necessū foret id fieri à priori vel à posteriori, sed neutro modo
 esse poterit. Non à priori: quia juxta Exod. 33. ult. videbis postero-
 ra mea, faciem autem meam videre non poteris, cognitio hęc imbeci-
 lilitati nostræ adimitur. Nec à posteriori. Quicquid enim de
 Deo à posteriori scimus, hoc ex operibus & Creaturis colligitur.
 Nullā autem invenitur creatura, in qua plenē & planē imago
 Trinitatis ita sit expressa, ut Intellectus indubitato in notitiā
 hujus mysterii pervenire possit. Kekermannus quidem rationi-
 bus & similitudinibus naturalibus id præstare aude, idēque
 Scotus. Verum hęc in parte dupliciter derogant fidei. Et i qui-
 dem, quia fides est rerum invisibilium, quæ rationis decempe-
 dā non metiendæ. 2. quia quæ sunt fidei non per rationes sed autorita-
 tes sunt probanda. Deinde dicimus, eas probationes non oriri
 ex ratione, sed ex scripturis revelatis modo qualicumq; explica-
 ri. Quod similitudines attinet, sciendū, semper in iisdem re-
 periri dissimilitudines, adeo ut animum ἀμετάπλητον reddere
 non possint. Dn. D. Gerhard.

Philos. sobr.
 part. 1. Sect.
 4. c. 9. quest.
 2. p. 1334.

1. de Nat.
 Deor.
 Cic. 1. & 2.
 de Legib.
 Matt. 11. 27.
 Job. 1. 18.
 1. Cor. 2. 11.

lib. 1. System
 Theol. c. 3.
 1. Sentent
 dist. 2. 9. &
 10.

Loc. C. Tom
 1. p. 401.

QUÆSTIO III.

Nūm λόγος fuisset incarnandus si homo non
 peccasset?

Primā quidem hęc quæstio facie otiosa magis curiosaque
 quā fructuosa videtur, in quā tamen Adversarii olim pluri-
 mum desudarunt, absurdē in Affirmativam concedendo, in pri-

A 3

mis




mis Scholastici, & cum eis Anno 1551. *Andrew Osiander*, notante
 3^{ta} Centur. *Luca Osiandro*, quorum etiam vestigia premit *Bucanus*, ubi & Ange-
 16. Hist. Ec- los Mediatore opus habuisse scribit. Sententia verò ipsorum se-
 clesiast. quentia fundamenta substituunt. Distinguendum esse 1. inqui-
 in Locis unt, inter adventum Filii Dei in carnem ut *Sic est*, seu ἀπλῶς dictum,
 pag. 61. & inter adventum in carnem ἐν πρῶτῳ εἶδει, seu determinatè dictum,
 Thom. lib. 3. scilicet passibilem. De hoc quidem esse planum, nisi peccatum
 dist. 1. q. 1. præcessisset, factum non fuisse. 2. A capacitate bonitatis humane
 art. 2. & nature, arguunt, quæ ne frustra esset, necessum erat ut assume-
 part. 3. q. 1. retur à Filio Dei in unitatem personæ, cujus etiam peccato non
 art. 3. existente fuit capax. 3. dicunt fieri debuisse ob beatitudinis æternæ
 Luc. c. 19. 10. perfectionem, quam maximam etiam partem consistere dicunt in
 August. de Finem incarnationis spectari debere, quem alium nullum, quam
 verb. Apost. Officium Mediatorum Scriptura S. memorat, quo cessante, ipsam
 Serm. 3. etiam incarnationem cessare oportet. Tolle morbos, tolle vulne-
 Origen. ra, ait glossa super I. Tim. 1. & nulla erit causa medicine. Ad II.
 hom. 24. in Distinguendo inter capacitatem naturalem, quæ nature competit &
 Num. Gre. impletur, cum pertineat ad rationem seminalem; & inter eam quæ
 gor. M. l. 4. est secundum ordinem divinæ potentie, quæ quælibet habet Creatura,
 c. 1. Regist. ut ex eâ possit fieri quod Deus vult, quæ non semper adimple-
 D. D. Gerh. tur. Nec enim necessarium est, ut Deus faciat quicquid potest,
 Tom. 1. I. C. sed quod congruit ordini sapientiæ ejus. Ad tertium. Nos et-
 3. 769. D. iam lætari de victâ tyrannide mortis, Diaboli & inferni, quam
 Gisen. via victoriam non fuisse, si Christus non fuisset passus. Et ita o-
 sal. disp. 15. pinionem hanc rationibus superstructam refellimus, conclu-
 3. 28. q. 11. dentes ἀξιωματικῶς Theoremate: Nobis nihil dicendum præter
 p. 812. ea quæ ex sacris et quæ clarent. *Bonavent.*

QUÆSTIO IV.

An quando dicitur; Non est bonum hominem
 esse solum, Gen. 2. 18. sequatur: Non omnia
 bona esse creata?

Cum extra dubitationem sit Deum sapientissimum ac Opti-
 mum optimè omnia condidisse ab initio, & hinc quæstio hæc
 nt

inconvenienter mota videri posset. Interim cum aliquis sub-
 oriri posset scrupulus, & hanc Exercitii Causa adiciendam pu-
 tavimus. Expresse namq; dicitur: Non est bonum hominem
 esse solum: unde aliquis inferret. Ergo Homo ab initio in perfe-
 cta bonitate non fuit conditus, utpote qui aliquo indiguit Adjutorio, a
 quo perfectioni ejus potuisset aliquid accedere, quippe si eam in grati-
 am non fuisset addidit, solus Adam poterat existere suaq; per-
 fectione gaudere. Sed hic cum Adm. Rever. & Excell. Dn. D. Pres.
 respondemus per distinctionem inter status diversos. Bonum fuit homi- ex prelect.
 nem esse solum sub mirum sui Conditus ad spectanda opera Dei, ad publ. super
 incolendum Paradysum, denominanda animatia: non autem bo- locum de
 num fuit sub vita progressum, ubi humani generis satietas & pro- Creat.
 pagatio bonorumq; communicatio debebat insitui. Sic nec
 foemina est mas imperfectus, sed in suo sexu perfectissima, siqui-
 dem contra naturam universalem foret, imo particularem si-
 vel foemina vel mas esset perfectior, unde & ipsa foemina gau- Gen. 5. v. 2.
 det nomine  seu hominis. Innotescit ergo & manet
 omnia esse bona condita.

QUÆSTIO V.

An Diabolus cogitationes hominum perseru-
 tari & arcana revelare vel futura prædicere
 possit?

Bimembris est hæc quæstio. Primum agit de Cogitationi- 2. Paral. 6.
 bus hominum, quæ dupliciter cognosci possunt; vel per se & in se 30. Ps. 7. 10.
 ipsis, in animo adhuc latentibus & nullis indicis sese manifestantibus, 1. Sam. 16. 7.
 quomodo Diaboli planè ignorant: quamvis formas seu ideas de Eccles.
 in animo hominis constitutas intueri possint, verum an intelle- dogmat. c.
 ctus versetur in illis, itemque an voluntas hanc vel alteram intel- 81. G. B.
 lectus propositionem sequatur, id Dæmonem scire pernegamus: Luth. in
 ita enim Deo solum notæ sunt, qui cordium scrutator est. Vel co- cap. 37. Ge-
 gnoscuntur ex signis quibusdam externis, verbis, studiis, voce & aliis nes.
 indicis, unde affectum animi quodammodo colligere potest. lib. 3. Cas.
 Dn. D. Bald. Alterum occupatur circa arcanorum revelationes, Consc. 6. 2.
 & præ. Cas. 3.

& prædictiones futurorum. Cognoscuntur autem futura
Es. 41. 23. bifariam, vel in se ipsis, quatenus futura sunt, vel in suis ipsorum causis à
 quibus dependent. Prior cognitio est duplex: qui enim ea præco-
 gnoscit, prævidet ex se & per se, quæ ratione Deus futura prævi-
 det: aut non ex se & per se, nec ex suo spiritu, sed per aliud & ex afflu-
 tu alieni spiritus; sic Prophetæ præviderunt & annuntiaverunt. Ex
 causis suis prævidentur effecta tripliciter. Nam quedam Cause ad
 effecta producenda non impediuntur, quæ cerè prædicti possunt. Ita
 Astronomus Eclipsin, æquinoctium, Solstitium, quedam sunt con-
 tingentes & sunt $\omega\varsigma \epsilon\pi\iota \tau\omicron \pi\omicron\lambda\upsilon$; ita ex semine in terram sparso
 prædicitur messis. Quedam aequaliter se habent ad utrumlibet,
 unde notitia saltem conjecturalis. Hæc omnia quæ homines; ea
 longè citius Diabolus potest prædicere. Quod autem inter-
 dum vera de rebus merè contingentibus prænunciat, id vel haurit ex
 divinis patefactionibus, aut conjecturis probabilibus assequitur. Et
 quando Satan executor futurus est divinæ sententiæ, sicut admit-
 titur ad audienda Dei consilia, tunc sanè prædicere suis potest,
 quod permissu Dei facturum sit, ut patet *1. Sam. 28. 17.* Constat
 etiam illis historicè, quid in Aulis, domibus, imò Ecclesiis aga-
 tur; quæ omnia mirà celeritate perferre possunt, quò volunt.
 Omnis enim Spiritus ales, inquit *Tertul.* adeoque in speculis mer-
 curialibus, CrySTALLIS vel per ecstáticos raptus, talia suis patefa-
 ciunt. *Admod. Rev. & Excell. Dn. D. Præses.*

Dn. D. Bald.
d. l. Cas. 2. p.
579. D. Gl.
sen. via sa-
lut. disp. 15.
0. 50. p. 269.
Job. 1. 6. seq.
1. Reg. 22. 22.

Zach. 3. 1.
in Apolog.
advers.
gent. cap.
22.

in prælect.
publ. in L.
de Angel
probl. 2.

QUÆSTIO VI.

An homo in statu Integritatis naturâ fuerit mor-
 talis nec ne?

Cum homo duabus constet partibus, Anima videlicet &
B. Luth. in Corpore, non querimus hic de immortalitate anime, quæ tanquam
colloq. con- Spiritus materie expers, naturâ immortalis est. Nec; An Adam
vival. III. Divinâ gratiâ & ope à morte immunis perpetuum esse & in æternum vi-
Dom. Zeuf- vere potuerit? Controversia est: Sed, an homo animâ & corpore con-
fel vnd sei- stans à Deo immortalis Naturâ creatus fuerit, ita, ut si non peccasset, a-
nen werckē. nima à suo corpore nunquam discessisset, atq; ita homo actu nunquam
 mortuus

moriturus fuisset? Pelagianos olim hunc errorem delirasse Augusti-
 no meminit, quem hodie nunc Photinianos errare palam est, distin-
 guentes inter mortalitatem & mortem: hanc, inquit esse quidem sti- in lib. quod
 pendium peccati, illam vero esse consequens naturam. Ita namque omnes E-
 Socinus: Veritas est, Adamum & ante peccatum fuisse naturam mortalem, vangelici
 & propter peccatum non quidem immortalitatem naturalem, sed in mor- sese debe-
 tem, ut scriptura loquitur, incidisse. Verum naturam hominem fu- rent ipso-
 isse immortalem Sacrae Scripturae dictis probamus. (1.) Gen. 2. 17. rum coetus
 quicumque de comederis die arbore, morte morieris. Id est, quacunque adungere
 die peccaveris, legem de non comedendo ex arbore vetitam trans q. 55.
 gressus fueris מות תמות certissime & sine omni dubio, vi Ebra- y
 ismi, morieris, Ubi Causa, peccatum; & effectus Mors, expresse,
 ponuntur. Idem; Psal. 90. 8. repetitur, ibique mortis causa adver-
 sus peccatum, ira Dei dicitur, quod מלחע occultum vitium
 & peccatum Originis appellatur. Deinde Rom. 5. 12. ubi Apostolus
 a causa, peccato, ad effectum, mortem, rectissime concludit. Cum,
 ergo homo ob peccatum moritur, antea immortalem fuisse,
 colligitur Ita enim Deus imaginem suam apud Adam depo-
 fuerat, sub certa conditione, ut, si ipse dona divinitus collata,
 custodiret, propagaret ea in totam posteritatem: Sin autem a-
 mitteret, fore ut gigneret filios ad imaginem & similitudinem suam, Gen. 5. 3.
 hoc est mortales. Nec hic obtinet Photinianorum effugium, dicta
 haec non mortem naturalem, sed vel mortem aeternam vel aetu- Cap. 33. in
 mnas indigitare. Non de naturali mortalitate, ait Socinus, sermo est, Instit. Ger-
 sed de ipsa morte, deq; moriendi necessitate. Quae distinctio in ce- man. p. 270.
 rebro Socini nata, fundamentum in Scriptura S. non agnoscit, inpral. The-
 quae nullam memorat mortem aliam praeter illam pœnalem pec- ol. cap. 1. p. 2.
 catis accersitam. Neq; mors denotat solum miseriam vitamq; duran-
 tes aeternas, sed mortem corporalem, & falsum est mortem natura- Gen. 26. 11.
 lem post lapsum fuisse versam in necessariam, cum in statu inte Exod. 21. 16.
 gritatis nec naturalis, nec necessaria, sed contingens erat, quae postea abiit Jud. 13. 22.
 in necessariam. Videatur Dn. D. Meisnerus p. m. Manet ergo, homi- 2. Sam. 1. 12.
 nem naturam immortalem fuisse, & corpus illius per naturales ανθρω-
 causas ante peccatum ipso actu corruptum nunquam fuisse, ne- πολ. disp. 1.
 que propinquam ad moriendum potentiam locum habuisse. dec. 1. Th. 43.

B

Quaestio



QUÆSTIO VII.

Num. Artes Mæchanicæ singulari Dei Provi-
dentiâ sint inventæ, omnesque actiones Genti-
lium civiliter bonæ à Deo guber-
nentur?

Ex pulcherrimo & admirando Mundi hoc opificio concin-
naq; partium serie mens hominis Deum opificem utcunque a-
gnoscat, ut tamen Eundem credat mundi rerumq; omnium gu-
bernatozem adduci non potest, sed ut fabrum extructâ domo:
sic Deum confecto opificio Mundi absolutoque, discedere, ejus-
quæ gubernandi vices vel Fortunæ cœcæ vel Naturæ commisisse
opinatur. Inde Impii; *Non videt Dominus nec intelligit Deus Ja-*

Psal. 94. 7. cob. Vel si maximè convicti concedant; eam tamen omnium
Exech. 8. 12. esse rerum pernegant. Plinius. irridendum dicit agere cur in rerum
Ez. 29. 15. humanarum quod est Summum. Hinc excludunt alii res fortuitas,
lib. 2. Nat. alii coelestium tantum curam Deo attribuunt, alii solum sub-
bist. c. 7. lunarium Dn. D. Bald. p. m. Rect. us. verò ij sentiunt, qui non tantum
Cas. Consc. Generalem, sed Specialem rerum Providentiam statuunt, tam circa bo-
Lib. 2. cap. nas quàm malas actiones, imò etiam circa actiones civiliter bonas,
4. Cas. 6. hoc est, ad hanc vitam pertinentes, quæ etiam à non renatis fi-
Exod. 31. unt, quales sunt regere imperium, condere leges, servare hone-
v. 2. seqq. stam disciplinam, artes ut les Mechanicas & alias invenire & excole-
Esa. 45. 1. 3. re. Eas enim Deus non tantum probat & adjuvat, interdum
Exod. 8. 18. etiam homines peculiariter ad illas excitat, ut B. isalete & Orabum ad
Sirac. 11. 3. extruendum Tabernaculum Domini, Cyrum ad solveadam capti-
Iob. 8. 14. vitatem Babylonicam & alias. Illi qui negant Scripturam Sacram
Ez. 59. 5. adeant, & arbitramur. Providentiam divinam eos credituros.

*Os. 8. 6. &
August. in*

QUÆSTIO VIII.

Psal. 148. An Liberi Christianorum in Turciam & aliò
lib. 3. de inter Gentes abducti, carentes vero verbi Divini
Gen. ad lit. auditu, dicendi; Portare iniquitates Parentum?
c. 14. v. l. 10.

*de. C. D. 6
14.*

Calv.



Calviniani cum Societatis inter alia, quando Universalem omnium hominum Vocationem abnegare nituntur, etiam hæc probationis loco intrudunt, videlicet Liberos Christianorum in mediam Barbariam abreptos, atq; ibidem à tenera in odium Dei & Christianismi educatos, merâ absolutâ voluntate Divinâ non esse vocatos. Atque intuitu primo opinio hæc abs re non est, quippe cum diversam luculenter contraire putant. Enunciato illi divino apud Ezech. 18. 21. Filius non portabit iniquitatem Patris; quod aliis præterea scripturæ locis notatum reperitur. Ubi sanè liberi isti verbi divino carentiam peccatis ab se peractis, sibi accersisse non possunt, nedum faustuofo quodam Verbi medioremq; contemptu, sed solum pœna & privatio hæc, ob summam Majorum ingratitude, nempe iis irrogari videtur. At verò cum Dn. D. Meisnero id respondentibus; quod posteris Verbum denegatur, fieri ob consensum eorum in delicta parentum, quod probatum datur exemplo Caini spontè sese à Deo avertentis & Idolomaniam sectantis, tota antea protoplastorum familia actu à Deo erat vocata, attamen deinde Verbum suum Deus ab ejus familia ob contemptum auferrebat, quod postea denuò ipsis non oblatum, quæ tamen gratiæ divinæ carentia, non solum ob Caini delictum, sed maxime ob peccata & reatum proprium, in delicta unius Majoris consensum ipsidem inflicta colligitur. Idem de illis, qui in Turciam abducuntur liberi, judicium. Infantes quidem qui consentire nondum possunt, Majorum contemptum luunt, dictis tamen citatis nihil derogat, loquuntur enim de pœnis æternis, non temporalibus; has enim in Liberos nonnunquam translatas legimus. Exemplum est Athan, qui non solum cum suppellectile & totâ familiâ flammis exustus, sed totus etiam populus ob ejus peccatum punitus: item infantes per savitiam Herodis extincti; & filius David ex Bethsabe susceptus ob Patris adulterium vitâ privatus, (notante iterum Dn. D. 6. 8. 5. c. v. Meisnero:) quos autem morte æternâ ob peccata parentum punitos negamus. Neque de abductis in Turciam & aliò concedimus. Quod enim posteris dicuntur culpam Majorum luere, id eò non venit accipiendum, quasi propter Eorum ingratitude potestas audiendi Verbum & salus ipsis simpliciter præcipua sit: sed culpam parentum in eo luunt, quod extra Ecclesiam nascantur, atq; ita ordinario ministerio de-

Dev. 24. 16.

2. Reg. 14. 6.

2. Par. 25. 4.

civ. Segw-
πολ. de-
cad. 2. disp.

3.

Job. 7. 24

Num. 16. 32.

Matt. 2. 16

2. Sam. 17

14.

Dec. 3. disp.

civ. 6. 8. 5.

Segw.

situantur, quæ carentia mediocum ordinatorum non statim importat reprobationem, sed tantum difficultatem ad salutem perveniendi.

QUÆSTIO IX.

An Evangelium per se sit Prædicatio Pœnitentiæ?

Valdè multum refert, inquit B. Chemnitius, rectè & verè constitutum tam habere definitionem, quæ Evangelii doctrina propria, ne cum Judæis in Lege & non in Evangelio Justitiam quærentibus, Justitiam non inveniamus. Proindè graviter Antinomus errare dicimus, quod Evangelium propriè & specialissimè acceptum, dicunt esse prædicationem pœnitentiæ. Evangelium namque quando strictè sumitur, Legi à vltimo dngnuérwç opponitur, & latum gratuita remissionis peccatorum propter Christum nuncium significat, & ita nullatenus est concio pœnitentiæ, quia hoc proprium Legis est. Late verò, & sine ullo Legis & Evangelii discrimine, si Evangelium accipitur, tunc Concio de pœnitentiâ & peccatorum veniâ potest appellari. Neq; hoc negamus, quod Evangelium propriè sic dictum, homines, ut de peccato dolentes ad Christum confugiant, incitet, tali verò cum discrimine: aliud esse, quid Evangelium in nobis operetur; aliud, quid à nobis ante & post conversionem requirat. Priori modo tantum operatur consolationem, non dolores conscientiæ; posteriori autem respicit ac requirit pœnitentiam, sed ministerio legis, nec tamen est lex factorum, sed est & manet lex fidei. Neque etiam hoc negamus, quod ex Evangelii annunciatione per αὐτῶν θεοῦ indirectè & consequenter hominibus sua transgressio & ira Dei de peccatis denunciatur, ut quando nos gratis justificari per Redemptionem in Christum, affirmantem habemus scripturam, statim antithesis ponitur nos naturâ esse peccatores. Plura vide apud Dn. Chemn. d. l.

QUÆSTIO X.

Num Bona Opera Gentilium simpliciter fuerint peccata?

Bontis

Pontifici Bonorum operum vim & dignitatem supra mo-
 dum extolles, ut sarrum tectum Congruum meritum retineant, *Council. Tid.*
 Negativam arripiunt, sic enim asserunt: Gentiles Philosophos, Hero- *sess. 6. Cap.*
 es Ethnicos, non quidem per fidem reostos, salvos posse fieri ac talia ope- *7. Becan.*
 ra omni peccato expertia facere, ob peculiares quosdam motus ac impe- *part.*
 tus, quos nonnulli sentiunt: imò Platonem & Aristotelem *πολ. Deia v 2. Theol.*
 abhorrentes, fide non fuisse destitutos. Quam insigniter blasphemam *Schol. tract.*
 sententiam meritò proscribimus, dicentes: Eorum opera per se *1. 1. 2. q. 10.*
 suo genere non fuisse vitiosa; sed per accidens, & quidem 1. respectu
 personæ non renatae & subjecti inhaerentia. Omnis enim actio consideratur
 vel intrinsecè, ratione suæ quidditatis, per quam est; vel extrinsecè ratione
 subjecti sui, in quo est. Priori modo absolutè mala non sunt, sed
 posteriori. 2. Respectu defectus fidei, *πομ. κωσ.* considerata formaliter *2. Cor. 3. 5.*
 non sunt peccata, quia conformitatem quandam cum lege divinâ
 obtinent. *Ευαγγελικωσ* verò quatenus fructus à fide debebant
 efflorescere, non sunt Christianæ virtutes *ha. t. immeritò peccata* *D. Gisen. in*
 dicuntur, sic namque specialiter Deo non placent, juxta *Ebr. 11. 6.* *via salut.*
 eorum enim opera non fiunt ex fide. Et nota est Regula. *Dona* *disp. 18. §.*
 neminem salvant, damnant autem plurimos, qui donis vel abutuntur, *43. pag. 916.*
 vel sine Christi cognitione ea possident. 3. Respectu Finis, quia non re-
 feruntur ad Dei gloriam, sed vel ad ambitionem, vel ad volupta-
 tem & avaritiam. Finibus autem judicantur actiones. Iterumque *Dn. D.*
 notanda Maxima: Bona opera non nominibus sed adverbis sunt ju- *Meisn. dec.*
 dicanda, hoc est, illa demum opera sunt bona, quæ etiam bene *3. disp. 1.*
 fiunt. *§. 125.*
αι. §. ω.
πολ.

QUÆSTIO XI.

An Miracula sint Veræ Ecclesiæ Notæ?

Diversi respectus non numeri ratione, Ecclesia duplex statui-
 tur: *Visibilis & Invisibilis*, seu *Interna & Externa*. Quæ distinctio
 non ob aliquam Subjectorum diversitatem naturalem, sed ob
κε. σοι seu notitiam, quæ de utraq; Ecclesiâ partim fit externo
 oculorum judicio, partim interno fidei *κε. ηνε. ω;* E. g. *Electi &*
visibilem & invisibilem Ecclesiam constituunt, diverso tamen respectu. In-
visibilem, tum quatenus fides ipsorum invisibilis & Deo solum nota est;

A 3

tum

enim quatenus iisdem Electi non nobis, sed Deo cogniti. Ipsi ipsi electi
 Ecclesia sunt visibiles, quatenus eius visibilia sunt membra & verbo & sa-
 cramentis utuntur, Ut rectè advertit Admod. Rev. & Excell. Dn D.
 diff. 15. §. 21. Jacob. Martini. Inter Ecclesia autem neque Papales referunt
 Colleg. 3. in Miracula, quod sequentibus negamus. Nam. Nota notior esse
 Aug. Conf. debet eo, cuius est nota. Miracula verò Ecclesia notiora non esse
 ipse fatetur Bellarm. loco cit. Ante approbationem Ecclesia, inquit,
 Psal. 45. 14. non est evidens aut certum certitudine fidei de ullo miraculo quod sit ve-
 rum. Demon enim, etsi non potest facere vera miracula, tamen potest
 Bellarm. lib. 4. de facere apparenter & maxima queq;. Et Andradius, Concilij Tri-
 Not. Eccles. dent. propugnator strenuus, apertè negat esse certam notam, cum
 miracula stupendaq; prodigia, que sepè sunt à viris Sanctissimis, Demo-
 num operà à perditis etiam & facinorosis fieri aliquando possint. F. A. L. S. A
 profectò hæc plerumq;, I N E L R M A etiam semper Ecclesia Veræ sunt
 INDICIA. 2. Quia sine verbi divini autoritate nihil probant. 3. Non
 semper comitant Ecclesia aut ad reformationem ejus requiruntur, imò
 neq; ad ordinariam missionem semper sunt necessaria. 4. Fides
 jam sufficienter firmata est, nec miraculis novis indiget confirmari, quin
 potius utilius est signis nunc carere, cum majoris meriti sit sine illis
 credere, ut ex Chrystomo loquitur Alost. Jesuita. Proinde cum Au-
 gust. dicimus: Quisquis adhuc prodigia, ut credat, inquit, magnum
 est ipse prodigium, qui mundo credente non credit.

diff. 15. §. 21.
 Colleg. 3. in
 Aug. Conf.
 Psal. 45. 14.
 Bellarm.
 lib. 4. de
 Not. Eccles.
 c. 14.
 lib. 2. de
 fen. Tri-
 dent. fidei.
 Dev. 3. 2.
 3. 4.
 lib. 2. de
 procurand.
 sal. Jndor.
 c. 9. lib. 2. de
 C. D. 6. 8.

QUÆSTIO XII.

An sub Utraq; , ut vocant , specie, omnibus ad
 cænam Domini accedentibus sit, necessariò
 communicandum?

Cum Pontificiis aliis q iam plurimis Jesuita Becanus in ma-
 nuali suo Negativam defensas, & 1. distinguit inter institutionem divi-
 nam & inter præceptum d. vinum. 2. Christum quidem, inquit, Eucha-
 cap. 9. §. 2. ristiam sub utrâque specie instituisse, non tamen utriusque species
 p. 233. usum omnibus præcepisse. 3. aque sub unâ specie totum conti-
 neri Christum ac subutraque. Atque hinc 4. ab Ecclesia de-
 mum constitutum fuisse, ut sub Unâ deinceps communicarent.
 Verum,



Verum Esaitis hanc in parte ut subscribamus, facere non possu-
 mus, siquidem expressa nos nitimur institutione, quæ i. sanè præ-
 ceptum includit, eam quippe in gratiam aliquid instituitur ut ser-
 vetur, ut facile appareat, constat enim verbis disponentibus, præ-
 scribentibus & præcipientibus, non in parte tantum unâ, sed in
 utraque, quia utrobique additur; Hoc facite: quod non tantum
 ad consecrationem sed ad sumtionem etiam pertinet; sunt quoque in
 singulis speciebus verba Imperativa: Edite, Bibite, quod ipse fa-
 cetur Beilarm. quod certè mandatum. 2. Omnibus Communicantibus
 pro quibus, nimirum omnibus Ecclesiæ civibus, totum hoc Sacramen-
 tum institutum est, quos in Institutione duodecim discipuli represen-
 tabant, qui omnes ex calice benedictio biberunt. 3. Totum quidem
 Christum sub unâ specie contineri, et si nos non negaremus: interunt ver-
 quid incana accipiendum sit, non ex ratiuncula sed ex Christi institutio-
 ne sumendum est, quæ nullo rationis umbraculo obscurari se pati-
 tur. Non dicam, quod concomitantia hæc absurda producat
 plurima, idem enim edere esset bibere; quod quidem Beilano absur-
 dum non est, qui ex 1. Cor. 3. 2. infert, lac bibere & edere esse unum &
 idem. Deinde, Sacerdotes in qualibet Missâ huc ederent & huc biberent.
 Interim subtilitas hæc Jesuitica facile evaporat, observatâ desti-
 natione, inter presentiam Naturalem, Personalem & Sacramentalem. To-
 tus Christus sub quolibet symbolo adest, non tamen totus sub quo-
 libet sacramentaliter, sed ita adest secundum eam sui partem,
 quæ vi institutionis unita est cum symbolo; cum quo sola distri-
 buitur & accipitur. Proinde 4. ab Ecclesia male Consuetudo in-
 troducta est, cui aliquid in Testamento Christi mutare non est li-
 citum. Rectissimè ergo, statuimus cum Pontificiis sanioribus
 Leone & Gelasio, omnibus sub utraq; specie, vi verborum institutionis
 Christi, necessario esse communicandum, & seriò $\pi\omicron\tau\eta\epsilon\omicron\kappa\lambda\epsilon\psi\iota\alpha\nu\ \pi\omicron\tau\omicron\epsilon\omicron\kappa\lambda\epsilon\pi\lambda\omega\nu$ horum improbamus.

QUÆSTIO XIII.

Anne æq; in Nomine SS. Trinitatis, ac in Nomi-
 ne Patris Filii & Spiritus S. baptizare liceat?

Sacramenta reverenter habenda atq; secundum Christi institutio-
 nem esse administranda & rium est & necessarium. Neque enim

l. i. de Eu-
 char. c. 9.

Marc. 14. 22.

in libel. de
 ur. spec.

Tom. 3. Jen.

Germ f. 521

D. Meisn.

disp. 15. §. 4.

de Sacram.

2. Thes. 2. 4.

dist. 2. capi-

tul. Compe-

rimus. Arn-

stad. 1b. 7.

orthodox.

explicat.

pag. 629.

in



Epiphani.
Heres. 76.

Contra Lu-
ciferianos
Athanas.
serm. 3.

Contra Ar-
rianos.
in lib. de
verâ & fal-
sâ relig. loco
de Baptis-
mo.

Dn. D. Bald
Cas. Const.
lib. 4. cap. 8.
de administ.
baptis.

cas. 2.
Epist. 78.

D. Schilt. in
explic. Ca-
tech. de
forma Ba-
ptis. q. 2.

In Catechi-
smo suo
Citat. loco.

lib. 1. de
Clericis
cap. 9. 18.
23. &c.

in mysteriis rationis scrutinio aliquid invertere concessum est. Hinc qui formam S. Baptismatis mutare desudant, pessimè labuntur. Alii enim, ut Eunomiani, baptisabant in nomen Dei increati, & Filii Dei creati & Spiritus Sancti sancti. Alii ut Arriani in solo Patre vero Deo, in Jesu Christo Salvatore & Creatura, & in Spiritu S. utriusq; seruo, teste Hieron, Alii, ut Zvinglius, perinde esse putat quâ quis formula utatur; ita scribit: Non esse necessariam ullam certam verborum formam. Quod egregiè falsum est. A formâ enim quam Christus instituit, recedendum non est, nedum penitus omittenda. Si quis ergo in Baptismo verbum institutionis non utatur, sed prorsus alienus, eum non verum administrasse Baptismum putamus. Vera autem Baptismi forma ὁμολογίαν seu confessionem totius SS. Trinitatis, Dei Patris, Filii & Spiritus S. complectitur, juxta passim celebratam pietatis Christianæ sententiam D. Basilii. *δοξάζειν δεῖ, ὡς πεπιστεύσαμεν, πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.* Inde apparet, non concessum esse quovis modo baptizare, vel etiam in nomine sacro S. Trinitatis, vel in nomine Christi, vel in mortem Christi; quæ quidem phrasæ æqui pollentes. Quamvis enim usus æquipollentis locutionis nihil derogat substantiæ baptismatis, salvâ & invariata manente locutionis sententiæ nativæ & genuina verborum Christi, monente Dn. D. Brenzio, tamen forma Institutionis non immutanda. Si quis verò vel non datâ operâ, vel ex imperitiâ in nomine SS. Trinitatis vel Christi baptisaret, graviter equidem peccaret, interim tamen baptismus ille verus esse conceditur, quod verborum institutionis sensus non mutatus sit: D. Bald. docente; atquæ sic Baptismus non reiterandus.

QUÆSTIO XIV.

Cum I. Tim 3. 2. dicatur: Episcopum oportet unius uxoris maritum esse, &c. Quæritur An possit secundas Nuptias instituere?

Bellarminus cum a seclis, Ministris Ecclesie non tantum nuptias iterare non permittit, sed matrimonium us omnino interdicit, & uxoria eos planè

hos plane à ministerio cupit remotos. Admitti quidem ad sacros ordines posse concedunt eos, qui antea fuerunt Conjugati, sed admisi conjugibus suis uti prohibentur, atque hinc non initiantur, priusquam Vxor perpetuum castitatem voverit. Propterea longè minus in secundas nuptias consentiunt, dicto citato Apostolico. Ita verò pessimos Scripturarum Interpretes opidò se produnt. Non enim Paulus secundum matrimonium prohibet, sed polygamiam simultaneam improbat, & talem Episcopum vult eligi, qui durante matrimonio Unius vir sit, nec Judæorum more, duas simul uxores habeat, ut Theodorus explicat; quod quoque Exemplo Abrahami firmum esse poterit, qui Patriarcha Sanctissimus, alteram tamen inviolato Patriarchatu suo, Uxorem duxit. Neque ideò impudicus aliquis salutandus, cum matrimonium impudicitie sit remedium Plura videbis apud Dn. D. Balduinum.

QUÆSTIO XV.

An Deo, prout à Monachis fieri consuevit, Paupertatem vovere licitum?

Antequam alicui ad Vitam Monasticam, quam præcipuum Regni Pontificii ornamentum judicant, patet aditus, nonnulla eidem Vota vovenda obtrudi, Experientia memorat, inter quæ locum etiam obtinet id, quod Paupertatis indigitant, quod omnibus divitiis, ne spiritus earundem à cultu divino præstando revocentur, sese abdicant. Quam suam hoc de Voto sententiam stabilire moliantur illo Matth. 5. 3. Beati Pauperes, Quæ verba de Monastica paupertate agere præcisè negamus ex addita voculâ SPIRITU. Nec quicquã proficiunt exemplo Apostolorum Matth. 4. 22. Illi relicto voto perpetuo conceptâ, sed Verâ, de quâ sanè Monachi gloriari minimè audent. Volunt esse humiles sine despectu, pauperes sine despectu, divites sine labore. Non enim paupertatem idcirco vovent ut egeant, sed solum ut à possessione privatorum bonorum abstineant, aliàs nullâ re destituti, quâ ad saginandum corpus opus habent. In genere autem Vota Monachorum opidò illicita esse intrepidè asserimus, quippe quod in finali Causâ deficiant, quam meritoriam ipsi faciunt, ijs namq; peccatorum veniam & æternam vitam venari planissimè confidunt,

Extrava 2.
de Cler
conjug. cap.
Sanè &
dist. 32.
Can. seriatim. & dist.
77. Can. Episcopus.
in commen.
super cap. 2.
ad Tit.
lib. 4. Cas.
Conf. cap.
13. Cas. 3. &
comment.
sup. 1. Tim.
3. q. 3.

de Monach.
6. 6.

aduant, meriti Christi sufficientiam annihilantes. Scribit Bellarus
 Ephes. 4. B. Antoniam in visione audisse Sanctos Angelos dicentes, omnia peccata
 28. sibi remissa esse, quoniam monasticam vitam suscepit. Et quid ad illud
 Mattheus Deut. 15. 4. ubi potius prohibetur mendicitas populo Dei; contra quod
 Parisius in ipsi Mendicantes se appellitant. Et Paulus non vult nos mendicare,
 Henrico sed laborare. Neque in simulatâ hâc paupertate pauperes sunt
 III. Cas. cum Benedictini splendidos fundos & Franciscani in Angliâ uberes
 Conf. l. 2. redditus possideant, ita ut magnum auri argentiq; pondus olim
 cap. 8. de Pontifici R. obtulerint. Dn. D. Bald.
 votis.

Cōcil. Trid.
 sess. 24. in
 decr. de re.
 form. matr.
 c. 1. & 6. Bel-
 larm. lib. de
 matr. sac.
 c. 19.
 l. 2. ff. de ritu
 nuptiar &
 l. in Spon-
 sal. §. 1. ff.
 de Sponsal.
 Institut. de
 Nupt.
 Exod. 34.
 16. Deut. 7.
 3. a. 29. 6.
 Gen. 21. 21.
 6. 24. 3. 6. 29
 19. Jud. 14.
 Exo. 22, 17.
 2. in Andro-
 mache.
 Cas. Conf. l.
 4. cap 14.
 Cas. 8.

QUÆSTIO XVI.

An Consensus Parentum in contrahendo ma- trimonio Liberis sit necessarius?

Egregios inobædientia patronos se præstant Pontificii,
 dum clandestina matrimonia, à filiis familiâs sine consensu con-
 tracta, irrita esse judicant: solum enim illi liberorum consensum ad ma-
 trimonium firmum ac ratum efficiendum sufficere asserunt, & parentum
 consensum de honestate esse, non autem de necessitate conjugii inqui-
 unt, ut pro se interpretantur leges in Jure Civili. Quod solenniter
 negamus & Parentum consensum maximè de Necessitate esse
 stabilimus 1. Mandato Divino de honore debito, vi quarti præ-
 cepti, parentibus exolvendo. 2. Legibus & exemplis scriptura Sa-
 cra. 3. Exemplis & decretis Ethnicis, qui consensum æquè requi-
 runt. Ita namq; inquit Hermione filia Helena apud Euripidem:
 Νουφραίων μὲρ τῶν εὐῶν πατρὶς ἐμὸς μέγιστος ἔστι, καὶ ἐμὸν
 τὰ δὲ κέρειν. 4. Quia pater matrimonium potest contractum rescindere,
 vel si consummatum sit, filium parte hereditatis privare. Dari tamen
 speciales quosdam casus, in quibus ratione circumstantiarum ha-
 bitâ, potestas patrum est vel limitanda vel inhibenda: Si parentes con-
 sentire nequeunt; ut furiosi, captivi, absentes, cum latet, ubi la-
 teant: Vel si nolunt ut Duri & avari, tunc conjugium honestè po-
 terit iniri, Magistratu loco parentum fungente, ut ejusmodi pa-
 rentibus nulla fiat injuria Dn. D. Bald.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XVII.

An præter Sedem Beatorum & Carcerem damnatorum detur locus tertius, Purgatorium?

Pontificii, ut Articulorum fidei vel corruptores vel totales everfores, duobus his locis cælo & Inferno non contenti, tertium, Purgatorium, adiiciunt, asserentes, esse locum subterraneum inferno contiguum, ubi post mortem animæ eorum fidelium, quæ vel adhuc obstricta reatu alicujus pænæ temporalis, vel etiam cum aliquibus peccatis venialibus, vel cum utroq; ex corpore migraverunt (non autem animæ omnium, sed eorum tantum, qui in Christo quidem obierunt, nondum tamen ad plenum purgati: Concil. Trident.) accessu cælorum prohibita & à conspectu Dei remota (quod vocant pœnam damni) detinentur & cruciantur (quod vocant pœnam sensus) usq; dum plenè expurgata beatitudinem cælestem consequi valeant. Appellant das Fegefewer à Germ. Fegeu, expurgare. Et ignem illum sacrum, qui hætenus culinas monachorum & sacrificulorum tam splendide calcfecit, fundos & reditus eorum tantopore amplificavit, crumenas totius mundi (ut Dn. Chemn. loquitur) expurgavit, tam fideliter alere conantur, atque à B. Luthero in favillas & cineres redactum, plenis buccis exuscitare, ut etiam pro dogmate fidei, rudiori plebeculæ venditent, qui nisi olim ibi purgandos se credituri sunt, eternum gehennâ ipsos ustulandos esse. Fulcra, at ruinosâ, ex Scriptura S. petunt Matth. 12. 31. Peccatum in Spiritum S. nec in hoc nec in futuro seculo remittitur. Unde inferunt. E. quadam peccata in futuro seculo remittuntur. Scilicet per purgatorium exuruntur! Hic 1. plus concluditur quàm præmittitur. 2. Idem valet ac si dictum sit: habebit remissionem in eternum; ita enim explicat Marc. 3. 29. Nec juvat locus Matth. 5. 26. Non exis donec persolveris ultimum quadrantem. Nulla hic ignis mentio, neque particula donec notat finem temporis seu possibilitatem rei, sed continuationem, seu aduamiam, & æquipollet Negativæ, Nunquam, ut in Scripturis accipitur. Nos, quia est 1. ἀγγελος, 2. ἀγγέλιος, 3. ἄγγελος.

Sess. 6. c. 2.
de M. s.

Bellarmin. l. 1.
de purgat.
c. 15. Becan.
in manual.
l. 1. c. 3. Co-
sterus in
Enchirid.
&c.

Super hunc
locum.

1. Sam 15.
ult, 2. Sam.
6. ult. Es. 22
14. Matth.
1. ult. c. 28.
ult. &c.



3. cum analogiâ fidei. 4. Patribus pugnat, & 5. absurda secum trahit, meritò, Pontificios in Purgatorio relinquentes, secessum ab illis facimus.

QUÆSTIO XVIII.

An Mortui quo ad substantiam numero eadem corpora in Resurrectione sint habituri ?

Cum corpora nostra ex contrariis principiis, videlicet Elementis conflata sint, nullum est dubium, quin eadem discedente animâ corruptioni obnoxia sint atq; iterum dissolvantur. Unde rationi nostræ non convenit, quod idem numero corpus, quod in terrâ corruptum, igne absumtum, à feris a vibusquè discerptum, vel alio quopiam modo destructum est, in extremo die sit resurrecturum. Hinc non nulli exorti, qui singulari phantasiâ statuunt, Regenerationem nostram esse substantialem transformationem in cœleste aliquod corpus, imò in ipsum corpus Christi: ut

in Postilla Dom. Trin. Weigelius. Dahero haben die Christen einen zwiefachen Leib/ den einen auß der Erden von Adam/ den andern vom Himmel auß Christi Geist/ darumb wer den Geist Christi nicht hat/ der ist nicht sein. Die Bleubige Seele hat zweyerley Fleisch/ das eine auß der Erden ist des Todes/ das andere auß den Heiligen Geist von oben herab ist des Ewigen lebens. Sed Rationis subtilitatibus in rebus credendis valere jussis, Scripturæ, quæ fidei amussis, plus tribuimus; dicimusque: Nos quidem regenerari, non autem quoad substantiam novæ reddi, quippe non substantia, sed tantùm qualitates mutabuntur. Unde Græci dicunt: σῶμα erit τῆρο, sed non τοῖστο. Et Maxima: Idem erit corpus substantia numerali, diversum qualitate dotati. Corpora nostra glorificata non futura erunt animalia, sed Spiritualia, verum non ratione gratiæ sed ποιοῦντων. Anselmus dicit. Non erit corpus Spirituale quidditate, sed potestate. Beati erunt similes angelis, E. non planè cum ipsis ijdem. Similitudo enim non in substantiâ sed Qualitate

consistit. Erunt πικραίνουσι, non αἰσχροῦ, ἰσάμενοι non
 ἰσάμενοι. Jobus hoc eodem corpore, quod hic affligitur, se ibi corona. Job. 19. 26.
 tum in & Redemptorem suum esse aspecturum, indubitato credit. Idem Luc. 16. 24.
 corpus, quod hic sceleribus polluitur, flammis ibi torquetur. 25. 2. Cor.
 2 Si substantialiter mutandus esset homo per regenerationem, 5. 10.
 non sufficeret corporis, sed potius anima requireretur mutatio, eaq; in prel. &
 substantialis, quod tamen ipsi negant: Advertente Admod. Rev. & publ. super.
 Ampl. Dn. D. Praeside. 3. Corruptibile hoc (Corpus nostrum) 1. Epist. Pe-
 induet incorruptionem. 4. Corpora erunt conformia corpori Christi. tri. c. 1.
 sti, qui idem post resurrectionem corpus habuit, quod corrupti- 1. Cor. 15. 53
 onem non vidit. 9. Corpora nostra sunt templa Spiritus Sancti Phil. 3. 21.
 propterea non possunt annihilari. Explosa igitur hæc Chy- Psal. 16. 9.
 miastorum opinio. 1. Cor. 3.
 16, 17.

QUÆSTIO XIX. ET ULTIMA

Qua in re Beatitudo Æterna formaliter sic di-
 cta consistat?

Tom. 2. disp.
 Beatitudo Æterna dupliciter potest considerari, vel Objectivè vel 1. q. 3. part.
 Formaliter. Objectiva cognitio est bonum illud, cuius possessione efficiamur 1. Col. 45.
 Beati; Formalis est istius boni possessio. Alteram jam mittimus: Theol.
 de formali nobis nunc res est; de quâ dissidentes sunt Autorum Scholast.
 opiniones. Alii enim dicunt, eam consistere in Visione Dei, ut part. 2. 17.
 Greg. de Valent, Becanus, qui hanc opinionem Thoma tribuit. 1. c. 3.
 Alii in Amore, ut Storius. Alii in Gaudio, ut Aureolus: Verum nos Loc. Theol.
 generatim dicimus, Cœlestem Beatitudinem consistere in Dei fruitio- ul. D. Ni-
 ne, que hos tres actus simul includit, cum Dn. D. Gerardo. Ex vi- colat in
 sione enim oritur Amor (videbimus autem Deum sicut est) ex visio- Theor. vit.
 ne & Amore, Gaudium, ultimum felicitatis nostræ complemen- at. Polan. l.
 tum. Augustinus Deum sine fine, inquit, videbimus, sine fastidio amabi- 1. Synt. The-
 mus, sine d. fatigatione laudabimus. ol. 6. 6.

Et hæc quæstione impræsentiarum concludi-
 mus. Orantes DEUM Patrem Domini no-

C 3

stri
 1. 2. de C. D.
 6. 30.

stri JESU CHRISTI, ut nos ad illam felicitatem, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. *August. l. 22. de C. D. c. 30.* perducere dignetur, quô cum Eo & omnibus Sanctis Angelis in æternum regnemus, vivamus, laudemus. Cui Deo nostro sit Laus, Honor & Gloria in nunquam terminanda secula, Amen.



Schediasma

Ad Præstantis. Dn. M. JOACHIMUM CRUSIUM, Respond.

*Qui mihi pro famulo frater tuus adfuit olim,
Nobile DOCTORIS jam diadem a gerit.
Tu quoq; præstabas eadem mihi munia quondam,
Ingenio fratrem fac imitere tuum.
Sic DOCTOR ALI redimitus tempora lauru,
Alter eris, CRUSI, frater & alter ego.*

exoratum à Dn. Resp.
exaratum à Præsidente

Paulo Roberto D.

Ad



Ad

Præstantissimum ac Erudi-
tissimum Dn. M. Respondentem.

HAud sat Amyntiadæ terram vicisse rotun-
dam

Unam, quin fieret glomerati pondera mundi
Plura dari capiens. Cuncto splendente potiri
Regno gaudebat : Tibi sic, doctissime Crusi,
Exeruisse caput satis haud est Lipside clarâ
Musis, sed nostro quoq; Te arte probare Lyceo
Incipis, hæc præsens testis mihi charta, proinde
Gratulor, utque tuæ doctrinæ semina claræ
Diffundas, oro, longè per fœdera mundi.

ἐξ ὑπογύμνου Φιλίας καὶ ἀγάπης
ἐνεκα fudit

M. Jacobus Weller Variscus.

F I N I S.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Ec 553

ULB Halle 3
003 144 577



7

TA 502

V17





